



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apologia Explicationis Gavsarvm [!], Cvr Cvm Gregorio à
Valentia Hispano, Iesuita Ingolstad. de hominum
mortuorum, Statuarum, Imaginum, &c adoratione, non sit
amplius disputandum: Et Refvtatio ...**

Heerbrand, Jakob

Tvbingæ

VD16 H 960

V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36573

de tota causa sententiam pronunciat, & dicit: eos sculpsisse vitulum, & non Deum: eò quòd nihil in isto cultu præter vitulum fuerit. Cumq; pugnaret hic cultus cum verbo Dei, quo cautum erat, ne sibi facerent sculptile, idcirco rectè etiam Idololatria dicitur.

Porrò ad Clementem quod attinet, qui in libris cognitionum, de Api Ægyptiorum, locum istum interpretatus: Respondeo. Etiam veteribus nõ fuisse probatos istos libros. Sicut Hieronymus ex Ruffini verbis citat testimonium: quòd in aliquibus, ita Eunomius (Hæretici) dogma inseratur in istis libris, ut aliud, quàm ipse Eunomius disputare videatur.

Sicut & Epistolas, quæ sub eius nomine circumruntur, nothas esse, dubium esse nemini potest. Nõ & communionem mulierum plusquàm Anabaptistis probat. Et ad Iacobum, fratrem Domini, scribere scriptur, ex mādato D. Petri, iam morituri, Cum Iacobus ante annos complures antea lapidibus esset obrutus. Et suas, in sine Canonum Apostolicorum, Epistolas duas, & præceptiones libris octo comprehensas, sicut & Actionum Apostolorū, inter canonicos libros referat, scilicet, quæ quantū fidei mereātur, nemini esse potest obscure. Ideoq; non curamus libri istius auctoritatem. Cum etiam apud veteres non fuerit in pretio.

V.

Me Scripturæ S. interpretationes (corruptelas Sophista nominat) mihi obiectas, non potuisse defendere, ideoq; noluisse me pergere in certamine suscepto.

Quæ nam verò illæ? Locū Apostoli: Quæ immolant gentes, Dæmonijs immolant, & non Deo: quæ ipsi produxerunt.

1. Cor. in th. 10.

duxerat ad confirmandam impiam suam assertio-
nem: Ethnicorum sacrificia ob hoc solum damnata,
quia Dæmonijs ea obtulerint, & non Deo. Si enim absit
voluntas tribuendæ creaturæ opinionem diuinitatis pro-
feram, Idololatriam minimè committi: Ad hoc respon-
dit Hispanum non intelligere Apostolum. Non enim
adeò, inquam, fuerunt Ethnici stupidi, vel furiosi, vt eo-
rum fuerit intentio, quòd Dæmonijs, humani generis
hostib. siue cacodæmonib. in animo habuerint offerre.

Quæ enim vnquam Gentes adeò stupidæ & furiosæ
fuerunt, vt vel in animū inducerent, ne dum vt confi-
ceretur, se cacodæmonibus offerre, nisi quod de incolis
Calchut scribitur, Dæmonem, Deum dictum, colere:
Sicut nec saxa, ligna, aut lapides se colere confelsi sunt
sapientiores, vt Augustinus refert, sed animus illis fuit
colere Deum verum, huic offerre se affirmabant. Et ta-
men nihilominus Spiritus S. pronunciat, Dæmonijs il-
los obtulisse ea, & saxa, ligna, lapides, aurum & argen-
tum, Deos esse Gentium Psal. 117. quæ ipsa coluerunt.
Ratio hæc est: quia Deus verus hoc modo coli noluit,
vt præcepit, sed Satanæ instinctu atq; impulsu, facta
sunt ista omnia. Ideoq; nihil in suo cultu habuerunt,
preter Dæmonia, saxa, & ligna.

Hic iam Sophista peruertit meam interpretationē
et enim contra Sycophantæ morsum tutum: aut
quendam rectè dictū, malè narrando, vt ille loquitur,
non potest deprauarier: & dicit, Apostolus inquit: quæ
immolant gētes, Dæmonijs immolant, & non Deo, Tu au-
tem respondis: Quæ immolant gētes, Deo immolant, & nō
Dæmonijs, nisi quod Dæmonijs immolare dicūtur, quia
sunt præcepto Deo immolant.

D 2 Nulla

Spongia fol. 28.

Nulla circuitione aut tergiversatione usus, respon-
 deo. Verissima sunt Apostoli verba, quod quæ gentes
 immolât, Spiritus sancti sententiâ & iudicio, dæmonijs
 immolent & non Deo: qui ista non instituit, non pater-
 pit, ideo nec vult, nec probat. Etsi igitur gentes sancti
 nione, Deo se offerre, & nequaquam dæmonijs sententiâ
 & gloriêtur, quod ego dixi, respiciens eorû animorû
 affectum, & scopum disputationis nostræ, qui ex
 de animo & intentione colentium; Rectè dixi, dicitur
 respectu Ethnicos, sua opinione, animo & affectu
 luissè Deo immolare: Verùm Spiritus S. alio res-
 ctu rectè pronunciat, Dæmonijs, vt Apostolus locu-
 tur, eos obrulisse, qui author est horum sacrificiorum
 & non Deo, qui hæc ab eis non requirit, nec animi
 & affectum respicit, sed melior est obedientia quam
 victima, & peccatum est & Idololatria transgredi ve-
 bum Dei. Non ergo contraria sunt hæc, nec pugnantia.
 Quod si maximè non esset genuina verborum Pauli
 interpretatio, quàm attulit: tamen quia non est impro-
 batio, ideoq; non ita ab Hispano, exagitanda, Qui hoc libellum
 aliàs permisit, asserens, & quidem rectè, eundem Scrip-
 turæ locum plures posse habere sensus, qui tamen om-
 nes veri sint. Ipse ergo iudicet Hispanus, an meritò hinc
 me reprehenderit, sibi propitius, in alios severior Ra-
 damantho Iudex.

Sic quod dicit, me corrupisse locum Psalms: Imo
 lauerunt (Israelitæ) filios suos & filias suas Dæmonijs
 & non Domino Deo suo: eadem est sententiâ. Vbi Spi-
 ritus sanctus simpliciter pronunciat sententiâ de sa-
 crificijs Israelitarum, qualia videlicet sint & habeantur
 tur suo iudicio, nulla habita ratione affectus, vel in-
 tentio

1. Samuel. 15.

Confut. fol. 51.

tionis hypocriticae & Iesuiticae, de animo, quo, & illa offerant, sua nempe opinione Deo vero: iudicio nem & sententia Dei iuste pronunciantis & recte, demonijs ipsos sacra fecisse, & obtulisse filios suos & filias, quod nullum huius rei haberent mandatum à Deo, sed à Diabolo excogitata & instituta essent.

His hysdem iam dictis ego, Hispane, nunc iugulum tuum petam, qui patronus es cultus inuocationis mortuorum: asseris autem id te facere, non ut tribuas creaturae honorem diuinitatis, Deo propriè debitum, ideò cum animus tibi desit, Idololatram te non esse. Ego verò confidenter dico cum Apostolo & Psalte, te cultu inuocationis mortuorum, nec Deum, nec Sanctos eius, sed, quemadmodum Psaltes de Israelitis, ita de te quoque affirmo, Diabolum inuocare te & colere, quicquid tu de tuo animo & affectu proteferis, instar gentium & imptorum Iudaorum, qui Prophetas, ipsos hoc nomine tanquam Idololatrias arguentes, occidebant, quia sua opinione sacrificia hæc offerrent Domino Deo suo.

Sed hinc obijcit Hispanus: Ideo Israelitas Dæmonij obtulisse, quia sculptilibus terræ Chanaan, & non Deo. Ad hoc autem in Spongia respondi: quod cum à Chanaanais id didicissent, eorumque imitatione Domino Deo suo offerre se ista predicarent: Spiritum sanctum, illa habita ratione affectus, opinionis, & verborum, quibus protestabatur, se Domino Deo suo offerre ista, contempserat, ac pronunciaffe, eos, non sibi, qui hoc non ceperat eis, sed sculptilibus suis, siue Dijs Chanaan, obtulisse. Idque probaui ex Mose, dicente: Ne di. *Deut. 10.*
 Sicut gentes istæ coluerunt Deos suos, ita & ego idem (Dominum Deum meum Iehouah) Non facies similiter Domino Deo tuo. D 3 Omnes

Spongia fol. 29.

Deut. 10.

Omnes enim abominationes istas, quas auerfatur Deus, fecerunt Dijs suis, offerentes filios suos & filias suas, & comburentes igni. Quod Mose in spiritu futurum prauidit, & prohibuit, id factum & opere postea impleuerunt. Quid his manifestius? quid magis conueniens, quam ubi Scriptura seipsam interpretatur. Non ergo corrupti, nec deprauauimus locum Pauli & Præfati, quos propter cognationem cōiungere volui, ab Hispano separatim propositos, corradente, & cōquirente quicquid potest cōualfare: furor enim arma ministrat. Quis Hispanus minimè curat, nec attendit. Hæc vel non vidit Hispanus cæcus, vel superbè contemnit, nihil audiens, sed tantum loqui & garrere pergit, æs Dodonæum.

Sic nec Hieremiæ locum, Iere. 2. Secundum nomen tuarum ciuitatum tuarum Dñi tui Iuda: corrupti, ut antea in confutatione Spongiæ opinata obiecerat, horrendum Sacrilgium vocans, sic abuti sacra Scriptura, & quæ postea ad singula ipsius respondere non est visum, tam quia pulchrum videbatur Hispano, repetit (pulchra enim bis & ter) Sic, inquit, interpretatur, ut Deos illic Hieremias intelligeret, NON IDOLA, sed altaria, quibus contra legem, Deo vero in quibusdam ciuitatibus sacrificia offerrent, Et quæ verbosè multa in hæc sententiam profert. Sed quid te, Hispane vanissime, ita mentiri iuuat, in re omnibus manifesta? An quia totus es, non modò ex Idololatria, Idololatra turpissime, Idololatriæ patrone, sed etiam ex mendacijs conflatus & compositus? An putas non extare & in hominum manibus versari Spongiam meam? sed latitare in tenebris, & à tineis corrodi? Audi igitur, &

li, quanta tua sit vanitas. Verba mea, ubi ad locum
 Jeremiae, quem a me corruptum obieceras, respondi,
 et sunt. Spong. fol. 61.

Respon. Ego verò, vt non nego, Iudæos, omnes
 gentium abominaciones fecisse, & sic etiã fieri potu-
 ille, QVOD STATVAS COLVERINT (quod
 tantopere vrget Hispanus) Cum enim homines semel
 i Deo deficiunt, errandi finis non est, sicut dato vno in-
 conuenienti, sequuntur plurima: Ita affirmo hoc nomi-
 ne potissimùm Hebræos Idololatriæ à Prophetis accu-
 satos & damnatos, quòd cultibus istis omnibus, quibus
 gentes vicinæ suos Deos, vel Idola verius, ipsi Dñm
 Deum suum colere voluerent, Et Paulò pòst. Et hoc est
 quod Propheta idem dicit: Mutasse eos Deum suum,
 id est, cultum, & gloriam suam, id est, Deum gloriosum,
 iam in similitudinem vituli, iam in similitudinem Baal.
 Et statim: Quod gentes aliæ nõ fecerint mutatione Re-
 ligionis suæ, instar Israëlitarum & Iudeorũ. Tũc enim
 Deus deseritur & mutatur, mutata Religione & negle-
 cto verbo Dei, cum cultus propria instituuntur in-
 mutatione.

Esse autem hanc sententiam Hieremiæ ex eodem
 capite apparet. Sic enim à Propheta accusati, se excu-
 sant: Non adhæreo Baalim: hoc dicere volunt: NON
 VORAMVS B A A L, aut illum colimus, vt vo-
 prophetæ nos arguitis: Sed hoc cultu Deum verum
 colimus, quem vocamus Baal, Dominum, vel maritum
 nostrum, (vt ex Ose. capite 2. dictum est Non vocabis
 Baal amplius Baali, id est, Baal meus, dicit Domi-
 nus) quid in hoc pecco? Quid quæso his mani-
 festus? Et tamen hæc omnia præterit Hispanus,
 captus.

captus oculis, surdaster etiam, silētio inuoluens omnia, quasi à me non dicta essent. Quod suis horum lectione sit interdictū, vt superior in causa pessima videatur, & me scripturæ. S. corruptorem, splendide mentiri possit, vnde quàm prauum & distortum eius sit ingenium, & animus malus apparet.

Similem excitat tumultum, & vociferatur, aut potius mentitur splendide, corrupisse me etiam alium, cum Pauli dicentis: Scimus quia nihil est idolum in mundo: accusans me, quòd ad cogitationem falsam in Deo vero peruersissimè detorserim, nihil ausus respondere, quod conuicerit ipse, necessariò de idolo, creatura, quæ falsò putetur Deus, non de cogitatione falsa sit intelligendus. Ego verò facile demonstrabo Hispane, te insignem calumniatorem esse, qui mea verba & sententiam petulanter corrumpere studueris. Propositum est mihi ibi probare, Proposit. 22. & sequentibus, cultus ab hominum ingenio excogitatos, ad Deumq; promerendum adhibitos, Deos esse & dici alios in Scriptura, quo facto, ex illis concludo his verbis: Cum ergo Deus aliter quàm iuxta verbi sui præscriptum colitur: non Deus verus, sed alienus est, & idolum, à cæco humano corde excogitatum, quod talem sibi Deum fingit, cum huiusmodi non sit, nec hoc modo effectus, neq; hac ratione se coli volens. Qualis etiam nusquam est in tota rerum natura. Sicut Apostolus pronunciat: Scimus quia nihil est idolum in mundo, quod nimirum colitur ab Idololatriis quouis temporis, & à quibuscunq; tandem populis. Quæro Hispane, vbi hic idolum esse dico, cogitationes falsas de Deo Tua sunt hæc, non mea, quæ tu mihi falsò affingis, & menda

Disputatio: de
Idololatria multi-
plici Pap.

Ibid. prop. 17.

1. Cor. 8.

mendaciter, ut tui, qui legere mea prohibentur, vera es-
 sent, quæ de me scribis. Nec enim id efficere volo
 tuis Apostoli, sicut Hispanus calumniatur, ut pro-
 tem, cogitationem de Deo falsam, idolum illud esse, de
 quo Paulus loquatur. Hoc enim ipse est commētum,
 & purum putum esse mendacium, omnes intelligunt.
 Sed de cultibus ago ab hominibus institutis, & hoc di-
 co: Nullum talem esse in tota rerum natura Deum, qui
 coli velit cultibus ab humano cæco corde excogitatis:
 Ideoq; Deum alienum esse, & idolum, quod nihil sit in
 mundo, quod ab Idololatriæ colatur. Sicut etiam idola,
 Hebræis Elylim dicuntur, id est, res nihili, vanitates, mē-
 dacia, & inane quid, quod, præterquam in mentibus &
 cogitationibus stultorum hominum, nihil profus est: &
 sic ficti iurantium & commenticium quiddam, cui res
 nulla subest, sed vana tantum cogitatio, & somnia hu-
 mana. De cultibus autem mihi sermo est, non de cogi-
 tationibus humanis de Deo falsis. Iam verò quid quan-
 tumq; inter sit inter cultus diuinos externos, & mentis
 interiores cogitationes nudas & solas, falsas de Deo,
 quis non videt & intelligit, præter Hispanum cæcum
 amentem: Hæ ipsius artes sunt, præstigiæ, Sophis-
 ta, calumniæ, mendacia, quibus non mea solum, sed
 omnia peruertit, in sensum reprobum datus, suocq;
 iudicio condemnatus. Hæc enim non ignorantia sunt,
 malicia planè Diabolica. Quis igitur bonus vir
 tali monstro, & Diabolo congregari cuperet, & non
 melioribus studijs tempus impendere.

Hinc apparet, me Scripturæ S. S. testimonia mini-
 corruptisse, sed genuinam passim sententiam exposu-
 isse. Vanum autem esse Hispanum, & Sophistam, quia
 E mea

mea rectè dicta, sua Sophistica inuertere petulantes & maliciosè studuerit.

VI.

Calumniatur Hispanus, quòd me nò potuerim replicare ex proprijs dictis inter se pugnantibus. Et hinc se multas colligere *ἀντιλογίας* imaginatur, homo còcò abūdans, & oculatus in alienis, foris Argus, domi Theretias, vbi tamen ex lectione eorundem locorum apparet, nullam esse pugnantiam: vt quod locum Augustinus attinet, multa facienda esse, dicente, non iubente lege, sed libera charitate, &c. Respondi, eum loqui de adiaphoris in cibis, quorum vsus liber est Christianis, quibus contradicere non potuit Hispanus. Deinde addidit in illo ipso vsu libertatis Christianæ, adhibendam esse Charitatem: cuius opera non sunt libera, sed maxime verbo Dei præcepta. Nodum in scripto querit Hispanus, Sophista, cupiens confundere sua natura separata. Non enim ego dico, quòd iste sibi sumit, aut fingit potius, opera charitatis esse adiaphora: sed maxime lege Dei præcepta. Verùm vsum ciborum esse liberū, vix libertate Christiana quibuslibet vesci liceat. Verùm huius libertatis in vsu adiaphorum, moderatrix est charitas, vt videlicet à licitis etiã & concessis, interdū ex charitate, propter infirmos adhuc, abstineamus. Vides Sophista, nec pugnantia me scripsisse, sicut tu nebulas offundere conaris, & me potuisse facile ea explicare, quæ tu Sophistica tua inuoluis. Meminisse autem te velim eius quod Scriptum est: Qui Sophisticè loquitur, odibilis est, qui omnī sapientiæ caret. Not

Spongia fol. 1 v.

Syrach. 37.